



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

SUPREMO PIETATIS OFFICIO,
IN FUNERE

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMIQUE

DOMINI

CHRISTIANI
RÖHRENSEE,

PHIL. PRACT. PROFESSORIS
CELEBERRIMI, ET ALUMN. ELECT.
EPHORI GRAVISSIMI,

HOSPITIS AC PROMOTORIS SUI
SUMMOPERE OBSERVANDI,
IPSO EXEQUIARUM DIE,

XVII. KALEND. JUN. A. MDCCVI,
DEFUNCTUS EST

HENRICUS BAUSGUS/
MATH. P. P. EXTR.

VITEMBERGAE,

LITERIS CHRISTIANI GERDESII.

Colle-





*H*eu mihi! *Quam vellem, prorsus mea
Miseraceret!
Quam vellem in tanto muta dolore
foret!*

*Sic etenim gemitus, lacrymasque introrsus obortas
Non raro tacitus devorat ipse dolor.
Sed pietas aliud jubet, & veneratio DIVI
Invitum mæstos cogit inire modos.
Diffuat in lacrymas ergo mea Musa, capillos
Solvat, pallescat. Non nisi flere lubet.
Facturam feci quasi Patris, & Hospitis almi,
Et Præceptoris, præsidiique mei.
Quare destituis quæso, Persancte, clientem
Obstrictum magna religione tibi?
Quare destituis plures, cur deseris ipsam,
Orbatam auxiliis consiliisque, Domum?
Percharam thalami Sociam, Sobolemque querentem,
Deseris. Assidui hæc causa doloris erit.
Ecce Virum deflent omnes, cui, nescio, pauci
An sunt consiliis & gravitate pares.*

Colle-

Collegis lacrymas justus dolor exprimit ipsis,
Imbres tristitiæ mæsta per ora fluunt.
Nam jactura gravis non parvum poscere luctum
Asolet, & gemitu se reparare cupit.
Quæ vero possit major jactura videri?
Quæ tentare magis pectora noxa queat?
Quam cum dexteritas, candor, pietasque, fidesque
Horrenda cum uno singula strage cadunt.
Has unus dotes illis, DEFUNCTE, probabas,
Quos spartæ socios Rexque Deusque dabat.
TE non invidiæ labes, non divitis auri
Magnarumque fames sollicitabat opum.
Nec magno vastæ laudis percussus amore
Mordebas socii scriptæque resque TUI.
Hæc est materies luctus, hæc causa doloris
Quem TUA Collegis mors inopina tulit.
Ast eheu! nondum cancellis clauditur istis,
Quæ raro tenuit, dira querela, modos.
Nanque Tui memor est studiis sacrata juventus,
Quam pendere olim jurvit ab ore TUO.
Adspice dejectos vultus & nubila frontis
Contractæ, ac multis ora rigata modis.
Plangit enim turbata fidem, similemque requirit,
Plangit doctrinæ semina larga TUAE.
Plangit compositos facilesque per omnia mores,
Quos cum præceptis vita peracta probat.
Sic qui depositis capiebant gaudia curis
TE vivo, & plausus plurima signa dabant:

Jam

*Jam per stellatum diffundunt æthera planctus,
Fortunæque volunt non meminisse suæ.
Sed quo dilabor tandem? quo flectis habenas?
Quo rapis hinc cursum pallida Musa meum?
Siccine raucifonis audes miscere querelis
Blanda quæ DIVUS carmina voce canit?
Quin potius sævo prudens moderare dolori,
Arctaque firmata corripe frena manu.
Accine Victori, qui jam super astra triumphat,
Et cobibe luctum, quem pia turba fovet.
Quem pia turba fovet, proprio spoliata Parente,
Conjuxque in viduo sola relicta toro.
Dic: o felices purique quiescite Manes:
Dic: hoc sub tumulo molliter ossa cubent.
Dic: æterne Deus, Viduæ solare dolorem,
Auxiliæ mæstos consilioque iuva.*



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



SUPREMO PIETATIS OFFICIO,
IN FUNERE

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMIQUE

DOMINI

CHRISTIANI
RÖHRENSEE,


PHIL. PRACT. PROFESSORIS
CELEBERRIMI, ET ALUMN. ELECT.
EPHORI GRAVISSIMI,

HOSPITIS AC PROMOTORIS SUI
SUMMOPERE OBSERVANDI,
IPSO EXEQUIARUM DIE,

XVII. KALEND. JUN. A. M DCCVI,
DEFUNCTUS EST

HENRICUS *ROHRENSIS*
MATH. P. P. EXTR.

VITEMBERGAE,



Farbkarte #13

B.I.G.

